

bus, & fororibus, & quæ ipsi antea nuperint, cohabitanto. *Bals. Schol.* Const. 19. tit. 3. lib. 1. Cod. non est posita in Basilicis.

Titulus IX. *Cap. 1.* Generaliter de iis, qui de publico crimine quamcumque personam accusare prohibentur, tractat lib. IX. Codicis, tit. 1. & Lib. XLVIII. digest. tit. 2. De criminalibus vero, & pecuniariis, & Canonicis quæstionibus, dicitur in Codice, & Novel-
lis. Ait autem lib. 1. tit. 2. Constit. 6. quod siquid in universo Illyrico canonica dubietatis emerferit, id non absque scientia Antistitis Urbis Constantinopolitana, quæ Romæ veteris prærogativa latatur, ejusque Synodi oporteat decidi. Et tit. 3. Constit. 22. quod si quis per calumniam Episcopum accusando, ipsum se exhibere apud competentem judicem cogat, triginta pondo auri det. Et Const. 25. ejusd. tit. quod Clerici Constantinopolitani, si actores nolint ipsos apud Patriarcham convenire, apud solos Præfectos litigent, idque sive convenient, sive convenientur. *Cetera. Balsam. Schol.* Tit. 1. lib. IX. Cod. est lib. Basilic. 60. tit. 34. cap. 23. Const. 6. tit. 2. lib. 1. Cod. est Basilic. lib. 5. tit. 1. c. 6. quod sic habet, quemadmodum in textu scriptum est. Constit. 22. tit. 3. lib. 1. Codic. est cap. 2. tit. 1. lib. 3. Basilic. quod quære insertum expositioni XII. Canonis Concilii Laodiceni. Constitutio vero 25. tit. 3. lib. 1. Cod. in Basilicis non est posita.

Ibid. Et Constit. 32. ejusd. tituli ait: quod Episcopi, Clerici, & Monachi [ad extranea judicia] non traducantur, sed apud rectores provinciarum convenientur: & Constantinopoli reperti, apud Præfectos dumtaxat judicio pulsentur, ubi & honor ipsis fervetur, & advocatos accipiant. Si vero in provinciis ob proprias res in jus vocentur, œconomos dumtaxat aut Ecclesiæ defensores fidejussores dent. *Cetera. Bals. Schol.* Constitutio autem 32. tit. 3. lib. 1. Cod. non est posita in Basilicis.

Ibid. Constitutio 50. ejusd. tit. dicit, quod Clerici recte in instrumentis, fori præscriptioni renuncient.